Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

in formis inferiorum corporum non apparet propter ge
nerationem et corruptionem in inferioribus causant pro
cedunt tamen huiusmodi forme a substantiis separatis
sicut a primis principiis que mediante virtute et motu ce
lestium corporum imprimunt formas apud se intellectas
in materiam corporalem Et quia actiones et virtutes
naturalium corporum ex formis specificis causari videmus Co
sequens est quod ulterius reducantur sicut in altiora
principia ad huiusmodi substantias separatas intellectuales
Utroque autem principiorum vestigium quoddam apparet
in ipsis naturalium rerum operationibus Quia quod huiusmodi
opera fiunt cum quadam determinatione et secundum certum tempus spa
cium non possunt ex corpore celesti propter huiusmodi motum
propter naturam differunt tamen a substantiis separatis intellec
tualibus invenimus in naturae operationibus quod determinat
ur ad finem determinatum ordine et modo congruentissimo
procedunt sicut et ea que fiunt in arte Ita quod totum opus
naturae videtur esse opus sapientis cuiusdam propter quod
dicit natura operari sagaciter Opus autem sapientis oportet
esse ordinatum Nam hoc proprie ad sapientem dicitur
pertinere ut omnia convenienti ordine disponat Cra
ciat forme corporum inferiorum proveniunt ex sapientia
substantiae separatae mediante virtute et motu corporum
celestium unde est in ipsis formis inferiorum corporum quo
dam ordine inventum Ita scilicet quod quedam sunt imperfectiores
et minus virtuosiores Quedam autem perfectiores et principiores
superioribus agentibus Imperfectissime quidem forte
et minus maxime principia sunt forme elementorum
ex quibus alia corpora inferiora inferiora naturaliter
operantur que quidem sunt tanto nobiliora quanto magis
sunt a contrietate elementorum remotiora et minus
a ad quidam equalitatis mixtionis accedunt propter quia